



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Antiquae Lectionis Tomus ...

In Qvo Plvra Qvam XX. Antiqua monumenta, nunquam edita

Canisius, Heinrich

Ingolstadii, 1602

Caput 77.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64160](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64160)

Guntramnus Childebertum adoptauit in filium. *Caput 75.*
 Chilpericus Prætextatum Rothomagensem Episcopum in exiliū trudit: imputans ei quod consilio Brunichildis vsus contra Chilpericum fuisset: quod veritate subsistebat. Meroueus iterum laicus efficitur de Turonis fugiens per Antisiodorum Diuione venit in Remensem per Campaniam accessit & à Tharauanensibus circumuentus est, & in quadam villa concluditur à Gauleno familiari suo, ipsoq; rogante Meroueus cultro interfectus est; & post Gauleus manibus & pedibus, nares & aures truncatus turpiter vitam finiuit.

p. al. de Auini-
 one venit in
 Remensem
 Campaniam
 peraccessit.
 q. al. Gauleus

Eodem tempore Iustinus Imperator amens effectus est. Sophia eius Augusta cum Tiberio Cæsare regebat imperium. Tiberius largissimus in eleemosynis fuit. Sed cum à Sophia argueretur, vt thesaurum non vastaret, in medio palatij CRUCE in lapide reperta, iubet Tiberius ipsum lapidem leuari. Desuper in alio lapide duæ cruces repertæ sunt: leuatumq; & ipsum. inuenta sunt sub ipso mille centenarij auri. quod largiter diuino amore pauperibus erogauit. *Cap. 76.*
Aimon. 3. c. 19.

Defuncto Marside prudenti alloquio Senecæ, cui *Caput 77.*
 Narsis crediderat thesaurum eius, Tiberius absconditum sub terra inuenit, nimia multitudine ponderum auri & argenti & lapides preciosos. Quod deum largiter Tiberius in eleemosynas distribuit pauperum. Samson filius Chilperici moritur, quem Chilpericus nimium luxit. Eo anno stella in medio Lunæ fulgens visa est. Guntramnus Boso relictis filiabus suis in Ecclesia sancti Hilarij, ad Childebertum transijt. Anno quoq; tercio Childeberti Regis, qui erat Chilperici & Guntramni *Greg. 5. c. 15.*

sal. 16.

XVII. Guntramnus Boso filias suas à Pictauro auferre volens. Dracolenus super eum irruit. multa munera à Guntramno Dracolenus offeruntur sed Dracolenus, vt erat elatus, dixit, Funiculum vnde alios ligare soleo, paratum habeo; vbi Guntramnus hodie ligatur. Cumq; fuisset praelium cœptum, Guntramnus inuocato nomine Domini & sancti Martini, leuato s conto Dracolenum maſtat in faucibus suspensum, de equo mortuum in terra proiecit. feliciter postea quod cœpit expleuit. Post hæc Pictaui, Bagassinitæ, Romani, & Andegau cum alijs multis,

sal. contra Dracolenus iactat furem in faucibus suspensumq;

sal. VVaracum

in Britannia contra VVaroco exercitum mouent. Super quos VVarocus per noctem ruens, nimiam stragem de Saxonibus Baigassinus fecit. Anno quarto Childeberti, qui fuit XVI. Guntramni & Chilperici, Saxonius & Sagittarius Episcopi & Cabilonio in synodo ab Episcopatu degradantur. Chilpericus descriptiones grauissimas in omni populo regni sui fieri iussit. Marcus referendarius, qui hæc destructionem faciebat, secum omnes polepticos ferens Kalend. Martij à Salemodicinis interfectus est & omnes poleptici incendio sunt concremati. Dum hæc agerentur, Iustinus Imperator XVIII, anno regni sui, cum amentia quam incurrerat, vitam finiuit.

sal. Cabilono

sal. Limodicensis fort. Lemoicinis. Greg. 3. cap. 18.

Caput 78.

Iberius arripuit imperium. Sophia Augusta immemor promissionis suæ aduersus Tiberium infidias mouebat. Iustinianum nepotem Iustini Imperio voluit sublimare. Quod Tiberius cernens, apprehensam Sophiam, expoliata thesauris segregatis ab ea pueris, in custodiam iussit retrudi. Iustinianum oburgatum, tantum in posterum amore dilexit, vt filio eius filiam suam promitteret, eiusq; filium suæ filiæ expeteret. Sed non est sortita effectum. Exercitus eius Persas debellauit, victorq; regressus tanta mole prædam detulit.